

**BOLETIN****OFICIAL**

DEL

**OBISPADO DE LEÓN**

---

**SECRETARIA DE CÁMARA DEL OBISPADO**

---

**Bendición Papal**

---

Usando de las facultades Apostólicas que le han sido concedidas por la Santa Sede y deseando proporcionar á sus amados hijos todos los medios posibles para su santificación, Su Sría Ilma. ha determinado dar la Bendición Papal con Indulgencia Plenaria en la S. I. Catedral el día 8 de Diciembre, fiesta de la Inmaculada Concepción, después de la Misa Pontifical. Su Sría. Ilma. ordena que los párrocos de la capital lo anuncien á los fieles y les preparen para que reciban gracia tan especial con las debidas disposiciones.

León 30 de Noviembre de 1909.—Dr. Manuel González Macías, Magistral-Secretario.

---

Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor se ha servido hacer los nombramientos siguientes:

- D. Nazario Crespo Terán para Vicario de Poza de la Vega.  
» Leopoldo Diez González para Ecónomo de Ocejo de la Peña.  
» Adriano Martín Urueña para Ecónomo de Villorquite.  
» Pedro M.<sup>a</sup> de Godos Campillo para id. de Lagartos;  
» Faustino Carpintero Luengos para id. de Primajas.  
» Emiliano Teresa Alvarez para id. de Riosmenudos.  
» Victorino Llorente Diez para Coadjutor de Cisneros.  
» Gregorio Escudero Puente para id. Boadilla.  
» Jesús del Canto para Ecónomo de Valsurbio.

---

## Provisorato

*Nos el Dr. D. Francisco de P. Parés é Iglesias, Presbítero, Provisor y Vicario General de esta Ciudad de León y su Obispado, etc.*

Hacemos saber: Que por auto definitivo de fecha diez y nueve de los corrientes le ha sido admitida la renuncia del Curato de Sta. María de la Hera de Bustillo de Chaves, en esta Diócesis, que tenía solicitada, al Presbítero D. Apolinar Rodríguez del Pozo, Párroco del mismo.

Lo que, por estar el interesado legítimamente ausente de la parroquia, se hace público por el presente para que llegue á su conocimiento. Tribunal Ecc. de León á 28 de Noviembre de 1909.—Dr. Francisco de P. Parés.—Por mandado de Su Sría. Lic. Matías G. Lafuente.

---

## Delegación de Capellanías de la diócesis

### DE LEÓN

Nos el Dr. D. Celedonio Pereda, Canónigo de la S. I. Catedral de León, y Delegado general de Capellanías del Obispado para la instrucción de expedientes sobre conmutación y redención de Capellanías familiares y otras fundaciones análogas, por nombramiento del Ilmo. Sr. Obispo de la Diócesis Dr. D. Ramón Guillamet y Coma.

Hacemos saber: Que en cumplimiento de lo dispuesto en el Convenio últimamente celebrado con la Santa Sede y publicado como ley del Estado por Real decreto de 24 de Junio de 1867, sobre el arreglo definitivo de las Capellanías colativas de sangre y otras fundaciones piadosas de la propia índole, y principalmente en la parte á que se refieren sus artículos 12 y 13 y los 34 y 35 de la Instrucción acordada entre el M. R. Nuncio Apostólico y el Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia, para llevarle á debida ejecución, esta Delegación está instruyendo el oportuno expediente promovido por D. Amalio Vega Sandoval para la conmutación de bienes de la Capellanía fundada por D. Alonso Padierna en la parroquia de Villacintor.

Por tanto, en virtud de este edicto, se cita, llama y emplaza á los encargados del patronato activo, á los interesados en el pasivo y en general á todos los que se crean con derecho á los bienes que constituyen la enunciada Capellanía para que en el término de treinta días contados desde este fecha comparezcan en dicho expediente á exponer el que creyeren convenirles, bajo apercibimiento de que pasado esta plazo, se procederá, sin su audiencia, á determinar lo que corresponda, parándoles el perjuicio que hubiere lugar. Y para que surta los efectos consiguientes, por acuerdo de esta misma

fecha, hemos resuelto librar el presente, que se fijará en las puertas principales de la citada Iglesia y se insertará en los *Boletines Eclesiástico del Obispado y Oficial* de la provincia.

Dado en León á 27 de Noviembre de 1909.—*Dr. Celestino Pereda.*

---

## COLLATIONES MORALES PRO MENSE DECEMBRIS

---

### *Quaestio dogmatica*

*Quae sunt proprietates justificationis. = Errores circa hanc doctrinam. = Propositio «Nemo, absque speciali Dei revelatione, certus esse potest, certitudine fidei, se esse justificatum: accepta justitia amissibilis est, et non in omnibus hominibus aequalis, nec in eodem homine pro diversis temporibus.»*

### *Quaestiones morales*

#### I

*Quae conditiones requiruntur, juxta Decretum *Ne Temere*, ut matrimonium in periculo mortis contractum, validum ac licitum sit. = Quae impedimenta a parrocho vel sacerdote assistente dispensari possunt. = Ob quas causas ejusmodi dispensatio impetriri potest.*

#### *Casus*

*Joannes et Caya, in periculo mortis constituta, ut infamiam, ex longa sub eodem tecto cohabitatione secutam, vitentur, matrimonium contrahere intendunt; sed, cum parochus loci haberet nequeat, et tempus ad Ordinarium recurrendi non sit, invitant Julio sacerdoti, qui, articulo VII decreti *Ne temere* se innitens, non solum matrimonio assistit, quin etiam impedimentum secundi consanguinitatis gradus in linea laterali, inter contrahentes*

existens, dispensat facultate, quam se habere existimat justa decreta S. Congregationis de Sacramentis, 14 Maji et 16 Augusti anni 1909.

Quid de validitate hujus matrimonii?

## II

Quando matrimonium valide ac licite iniri potest absque assistentia Ordinarii, aut parochi vel sacerdotis.= Quae conditiones ad validitatem hujus matrimonii requiruntur.

### *Casus*

Titius, occulte vitam agens, ut punitionem ob crimen patratum effugiat, matrimonium cum Berta contrahit tantum coram duobus testibus; nam rationabiliter timet in manus judicem incidere si coram parocho, locive Ordinario vel quolibet sacerdote adeat.

Estne validum hoc matrimonium?

### *Quaestio liturgica*

Quae recitanda sunt á sacerdote post missae celebrationem.

---

### *Anuncio de familiaratos vacantes en el Seminario de Valderas*

Se declaran vacantes en este Seminario tres plazas de familiar, las cuales se proveerán por oposición, conforme al artículo doscientos treinta y uno del reglamento general, vigente en el mismo Establecimiento.

Los ejercicios literarios tendrán lugar el seis de Diciembre próximo, y la solicitud y certificación de pobreza han de presentarse en esta Secretaría de Estudios antes del día último del corriente.

Valderas 11 de Noviembre de 1909.—Dr. Eusebio Rodríguez, Rector.

---

## SECCION DOCTRINAL Y DE VARIEDADES

### S. C. DEL CONCILIO

*La abstinencia de la Vigilia de la Encarnación que el año 1909  
ocurre en Jueves Santo, no se traslada*

Ad S. Congregationem Concilii sequens circa abstinentiam propositum fuit debitum:

«Cum festum Annuntiationis B. M. V. occurrentis anno proximo in feriam VI in Parasceve. transferatur etiam cum feriatione in feriam II post Dominicam in Albis tamquam in sedem propriam, quaeritur, an sequenti anno 1910, servanda sit lex abstinentiae a carnibus in peregrinatio Annuntiationis B. M. occurrente in feria V in Cona Domini, vel transferri debeat.»

Eadem S. Congregatio, sub die 9 Iunii 1909, respondit: affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

L. ✠ S.

C. CARD. GENNARI, Praefectus.

BASILIUS POMPILI, Secretarius.



*Respuesta á una consulta hecha por un Colector  
de Misas*

Beatissime Pater: N. N., Dioecesis X S. V. humiliter sequentia exponit:

Ab anno 1890, usque ad unum 1908, utroque inclusio, Orator fuit collector et distributor Missarum in sua Dioecesi, et bona fide, nempe titulo compensationis, retinuit pro se eleemosynam trium Missarum pro quolibet centenario.

Insuper Missas semper distribuit Sacerdotibus quin exigueret ab ipsis testimonium peractae celebrationis.

Nunc, cum cognoverit in utroque casu se non recte egisse, petit á S. V. sanationem ab uno et alio defectu. Petit

nsuper ut S. V. pro futuro disponat quidquid melius in Dño. iudicaverit.

Dei 1 Septembris 1809. S. Congregatio Concilii Tridentini Interpres, auctoritate Smi. D. N. Pii PP. X., attenta attestacione Ordinarii X., benigne commisit eidem ut gratiam sanationis et condonationis quoad praeteritum pro suo arbitrio et conscientia impertiatur. Quoad autem futurum Orator stet dispositionibus Decreti *Ut Debita* S. H. Congregationis, sub die 11 Maii anno 1904 editi; secus eidem Orator recurrat ad Apostolicam Sedem pro gratia.—C. CARD. GENARI, *Praef.*

---

### S. C. DE RITOS

*A falta de aceite el Obispo puede permitir la cera de abejas para el alumbrado del Santísimo*

La S. C. de Ritos por decreto de 27 de Noviembre de 1908 resolvió lo siguiente:

An lampades, quae ardere debent ante altare et tabernaculum in quo asservatur sanctissimum Eucharistiae sacramentum, nutriri possint ex cera apum, saltem in maxima parte, quae adhibetur in candelis praescriptis ad Missae celebrationem, juxta mentem dec S. R. C. *Plurium dioecesium diei 14 Decembris 1904?*

In defectu olei tolerari posse, et remitendum esse prudentiae Episcopi, juxta decretum n. 3.121 *Plurium dioecesium 14 Iulii 1864.*

---

## S. C. DEL SANTO OFICIO

*No se permite poner en los rosarios, en lugar de las cuentas mayores de las decenas, medallitas de la Santísima Virgen*

La S. Congregación del Santo Oficio por decreto de 13 de Marzo de 1909 resolvió lo siguiente:

*Ab aliquo tempore invaluit usus inserendi coronis B. M. V., loco granulorum, quae Pater noster designant, parva numismata B. M. V.*

*—Quaeritur a multis fidelibus, utrum hic usus obstet lucro indulgentiarum, et utrum retineri possit, an non?*

*S. Congregatio S. Officii respondendum censuit, nihil ess iunovandum.*



## S. C. DE RELIGIOSOS

*Aclaraciones sobre estudios de religiosos y forma en que han de testimoniarse al pedir su ordenación*

In artículo sexto decreti *Auctis admodum*, editi a SSmo. Patre Leone XIII, inter alia, haec statuuntur: «Professi tum votorum solemnium tum simplicium ab Ordinariis locorum ad sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem per annum sacrae theologiae operam dederint, si agatur de subdiaconatu; ad minus per bienum, si de diaconatu, et quoad presbyteratum, saltem per triennium, praemisso tam regulari aliorum studiorum curriculo».

Porro circa genuinum sensum huius articuli, varia dubia sacrae Congregationi negotiis Religiosorum Sodalium praepositae exhibita sunt, quae ad sequentia capita reduci possunt:

I. Utrum Superiores Ordinum vel Istitutorum religiosorum praefatas testimoniales litteras licite dare et Ordinarii

seu Episcopi licite acceptare possint, si anni de quibus agitur non fuerint completi, seu non vere academici vereque scholares, sed potius abbreviati, non quidem ex incuria sed quia vel omissae fuerunt vacationes, vel horae lectionibus in schola tradendis multiplicatae, vel alia quacumque de causa?

II. Utrum studentes, expleto unius, duorum vel trium respective annorum curriculo theologico, possint statim ad subdiaconatum vel diaconatum vel presbyteratum item respective promoveri, ideoque inceptis vacationibus, in fine anni scholastici dari solitis, quin circulum duodecim mensium completere teneantur?

III. Utrum iidem studentes, triennio theologico rite completo, teneantur adhuc per alium annum, seu per quartum annum scholasticum, theologicis studiis in scholis incumbere?

IV. Utrum verba eiusdem decreti *Auctis admodum*: «prae-misso tamen regulari aliorum studiorum curriculo» respiciant tantum philosophica seu lycaealia studia, vel etiam gymnasalia, seu humanarum litterarum, imo primariam etiam institutionem?

V. Utrum studia philosophica seu lycaealia, humanarum litterarum seu gymnasalia, et primaria necessario ante ingressum in novitiatum ex integro peragi debeant?

VI. Utrum praefata studia, non publice in scholis rite ordinatis, sed privatim peracta, valorem habeant legalem, seu qui sufficiat ad licite dandas et licite acceptandas litteras testimoniales ad sacros Ordines?

VII. Utrum ad valorem legalem studiorum theologico-rum, philosophicorum seu lycaealium, et humanarum litterarum seu gimnasialium, sufficiat disciplinae principalis seu theologiae, philosophiae et linguae latinae peritia, vel potius requiratur, ut in unaquaque schola tradantur etiam disciplinae accessoriae, iuxta normam in bene ordinatis Seminariis regionis vigentem, et saltem in substantialibus servandam?

VIII. Utrum et quanam ratione in litteris testimonialibus ad sacros Ordines authentice constare debeat de peractis ex

integro, tum curriculo seu curriculis theologicis, tum philosophicis seu lycaelibus, et humanarum litterarum seu gympasialibus studiis, ut praefatae literae licite dari possint a Superioribus, et licite acceptari ab Ordinariis seu Episcopis?

Et Sacra eadem Congregatio, de speciali mandato sanctissimi Domini nostri divina providentia Pii Papae X, respondet prout sequitur:

Ad I. *Negative* in omnibus: et quaelibet abbreviatio studiorum abusiva omnino habenda est, et penitus illicita.

Ad II. *Affirmative*, dummodo tamen complexus trium huiusmodi annorum saltem triginta tres menses integros comprehendat.

Ad III. *Affirmative*, ideoque complexus, quadriennii theologici, computatis vacationibus seu feriis, quadraginta quinque menses integros comprehendere necesse est.

Ad IV. Respiciunt et philosophica seu lycaealia, et humanarum litterarum seu gymnasalia, et primaria studia. Ideoque haud legalia habenda sunt theologica studia, si alumnus cursum philosophicum seu lycaealem rite non compleverit, neque negalia erum philosophica seu lycaealia studia, si alumnus humanarum litterarum seu gymnasiale curriculum minime compleverit; neque valorem habebit humanarum litterarum seu gymnasiale studium, si alumnus per primariam institutionem rite habitam minime praeparatus fuerit. Porro ad legitimum transitum de scholis primariis ad gymnasiales, de gymnasialibus ad lycaeales, de lycaealibus ad theologicas, requiritur testimonium de bene superato periculo seu examine, a Moderatoribus respectivarum scholarum in forma authenticâ obtentum; quod si gravi aliqua de causa haberri nequeat, suppleri potest per speciale examen coram peritis magistris subeundum ante transitum ad superiorem gradum seu scholam.

Ad V. *Negative* quoad studia philosophica seu lycaealia; *affirmative* quoad primaria et gymnasalia seu humanarum litterarum. In casibus tamen specialibus, accendentibus gravibus causis, permitti, potest, ut ad novitiatum inter clericos admittantur, qui annum quartum gymnasiale seu humana-

rum litterarum rite expleverit, dummodo: *a)* decimum quintum aetatis annum excesserit; *b)* statim post novitiatum, et antequam ad studium philosophicum seu lycaeale adscendat, integrum curriculum omnium studiorum humanarum litterarum seu gymnasialium iu scholis domesticis vel aliis rite ordinatis compleat; *c)* ut finale periculum bene superet Quod si agatur de ingressu in novitiatum anno quarto non expleto, recurrendum ad Sanctam Sedem.

Ad VI. *Negative.* In casibus tamen extraordinariis, qui respiciunt particularem aliquem alumnum tantum, qui diligenter studiis incubuit, et in periculo seu examine idoneus inventus fuerit, recurrendum ad sacram congregationem pro validatione, exhibita iurata fide examinatorum, et de tempore transacto in studio privatim peracto et de bene superato periculo; nisi res sit, non de omnibus disciplinis unius anni scholasticis, sed de una tantum vel altera disciplina accessoria, gravi de causa a particulari aliquo alumno privatim exculta; tunc enim, praehabita iurata fide examinatorum, ut supra, convallatio dari poterit a Superiore·generali, accedente voto deliberativo sui Consilii.

Ad VII. *Negative* ad primam partem. *Afirmative* ad secundam.

Ad VIII. Superiores in litteris testimonialibus, expressis verbis, sequentia declarare debent et testari: *1.º quoad curriculum theologicum*, candidatum a tali anno, mense et die, ad talem usque annum, mensem et diem, et in tali schola studiis theologicis ad sacrum Ordinem, ad quem praesentatur necessariis, rite incubuisse, et in finali periculo seu examine idoneum inventum fuisse; *2.º quoad inferiora studia, eidem curriculum praemittenda;* *a)* eundem candidatum, rite peractis primariae institutionis studiis, humanarum litterarum studia in tali schola, et per tot annos academicos seu scholares, ex integro explevisse, bene superato finali periculo; *b)* praefatum candidatum, recte expletis humanarum litterarum studiis philosophicum curriculum ex integro in tali schola, et per tot annos

academicos seu scholares, complevisse, et finale periculum auspicato superavisse.

Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut salvis quae de integritate et duratione studiorum in praessenti documento dicuntur, sacra Congregatio, exquisito ab omnibus Moderatoribus generalibus elenco disciplinarum, quae singulis annis scholasticis seu academicis adsignatae sunt in respectiva religiosa Familia, una cum tabulis horariis singularum scholarum aliisque opportunis informationibus, Instructionem de studiis apud clericos Ordinum et Institutorum religiosorum rite et integre paragendis praeparet, in plenario Emmorum. Patrum eiusdem Congregationis coetu examinandam, et probante Summo Pontifice, publici iuris faciendam.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 7 Septembris 1909.—PR. I. C. CARD. VIVES, Praefectus.—L. † S.—D. L. Jansens, O. S. B.—Secretarius.

---

## S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

---

### DUBIA

*De nullitate professionis solemnis ejusque effectuum a nonnullis monialibus emissae, non praemiso triennio votorum simplicium ex ignorantia decreti «perpensis».*

Per decretum sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium d. d. 3 Maii 1902, quod incipit *Perpensis*, iniunctum fuit monialibus cuiuscumque Ordinis, ut, peracta probatione et novitiatu, vota simplia emittant, nec ad solemnem professionem admitti possint, nisi expleto triennio a die, qua vota simplicia emiserunt; ita nempe «ut si qua, non exacto integro triennio ad professionem solemnem, quacumque ex causa admitteretur, professio ipsa irrita prorsus foret, et nullius effectus (Decretum *Perpensis*, II)».

Cum autem huiusmodi decretum in notitiam aliquot monasteriorum vel monialium nonnisi post aliquod temporis spatium venerit, admissae fuerunt ad professionem votorum solemnium nonnullae novitiae immediate post novitiatum, ex decreti ignorantia, hinc quaeritur:

I. An professio, quam moniales praedictae emiserunt posdiem 3 Maii 1902, tamquam solemnem, non praemiso triennio votorum simplicium ex ignorantia decreti *Perpensis*, haberi debeat tamquam nulla? Et quatenus *Affirmative*:

II. An professio, in iis circumstantiis emissा, debeat saltem haberi valida, uti professio simplex?

III. An renuntiatio, donationes, etc. a moniali factae occasione talis invalidae professionis, habendaе sint tamquam nullae, ac proinde res donatae ab illa legitime repeti possint cum dote?

Enī Patres sacrae Congregationi negotiis Religiosorum sodalium praepositae, in plenario coetu habito ad Vaticanum die 30 Iulii 1909, re mature perpensa respondendum censuerunt:

Ad I. *Affirmative*.

Ad II. *Negative*.

Ad III. *Affirmative*.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae decimo per infrascriptum Secretarium sacrae Congregationis de Religiosis sequenti die relatis, Sanctitas Sua responsiones Enorū Patrum approbare et confirmare dignata est.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus*.

L.  S.

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretarius*.



## S. CONGREGATIO RITUUM

### I

#### URBIS ET ORBIS

**Benedictio officinae librariae et machinae typograficae.**

*Sacerdos, stans ad valvas, dicit:*

Actiones nostras, quae sumus, Domine, aspirando praeveni, et adiuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

*Ingrediens, dicit:*

Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

*Deinde, inchoata antiphona Asperges me etc., varias officinae partes aqua benedicta aspergit, usquedum perveniat ad aulam principalem eiusdem, ubi sistit et dicit:*

*V. Adiutorium nostrum in nomine Domini*

*R. Qui fecit coelum et terram.*

*V. Dominus vobiscum.*

*R. Et cum spiritu tuo.*

#### OREMUS

Domine Iesu Christe, qui dixisti discipulis tuis: In quamcumque domum intraveritis, salutate eam, dicentes: Pax huic domui: veniat, quae sumus, pax illa super hanc domum et officinam ad libros imprimendos (evulgandos) praeparatam, et super omnes degentes in ea; et cunctos, Domine, in ea laborantes ab omni calamitate animae et corporis eripere et liberare digneris; reple scriptores, rectores et operarios spiritu scientiae, consilii et fortitudinis, et adimple eos spiritu timoris tui, ut mandata Ecclesiae fideliter custodientes, tibi digne et proximo suo salutariter valeant inservire. **Benedic ergo,**

bone Iesu, qui es via, veritas et vita, hunc locum, et praesta, ut omnes illum inhabitantes, intercedentes gloriosa et immaculata Virgine madre tua Maria, ad immarcescibilem gloriae coronam feliciter perveniant. Qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

*Deinde benedicit instrumenta et machinas, dicens:*

### OREMUS

Domine Deus, unice fons scientiarum, qui hominum ingenium ita illuminare dignatum es, ut nova artificiosa instrumenta invenirent ad paginas typis scribendas; benedic, quae sumus, has machinas (hanc machinam), ut per libros ad utilitatem nostram prodeuntes nihil aliud te opitulante discamus, praeter scientiam tuam, quae vere dicit ad vitam. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

*Postea aqua benedicta instrumenta et machinas aspergit. Finita aspersione, dicit:*

R. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

### OREMUS

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mitteri digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes in hac domo habitantes. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Si benedicenda sit tantum officina libraria, omittitur secunda Oratio cum aspersione pro instrumentis et machinis. Quando autem benedicenda sint solummodo instrumenta vel machinae, praemissis versiculis: Adiutorum nostrum etc. et Dominus vobiscum etc., adhibetur tantum secunda Oratio cum aspersione.*

## DECRETUM

Sodalitas, cui nomen *Unione Tipografico-Cattolica Libraria* et finis est progressus sive incrementum curare, tum morale tum ipsius artis atque industriae typograficae et librariae, una cum religionis studio fraterna sodalium communione mutuaque ope praestanda, sapienter aequa rata est, Deum ac Dominum Iesum Officinae libris edendis aut venditandis propitium reddere atque invocare. Ita enim fiet ut eiusmodi ars atque industria civili Societati in remedium cedat, ac tutamen contra omnigena errorum et enimicorum iacula; ita fiet, ut spiritu scientiae, sapientiae ac timoris Domini repleantur Officinae tum praesides et rectores, tum operarii; ne quidquam edendum in perniciem ac malum vertat, sed ad salutem humani generis atque utilitatem conferat. Itaque ad supernum auxilium sibi praecipue comparandum, eadem sodalitas de officinae librariae et machinamenti typographicici Benedictione proprias aptasque ritui formulas adhibendas, ac postea Rituali Romano inserendas, sacrorum Rituum Congregationis examini, atque Apostolicae Sedis supremae sanctioni humillime subiecti.

Quare, ad iuris tramitem, quum Emus. et Rmus. Dñus. Cardinalis Sebastianus Martinelli eidem sacro Coetui Praefectus et Relator, in ordinariis comittis subsignata die ad Vaticanum habitis, eiusmodi Benedictionis ritusque formulas proposuerit; Emi. et Rmi. Patres sacris tuendis Ritterbus praepositi, re diligenter perpensa, rescribendum censuerunt: *Pro gratia,* die 4 Maii 1909.

Demum, revisione rite peracta, hisce omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X ab infrascripto eodem Cardinali Praefecto relatis; Sanctitas Sua sententiam ipsius sacri Consilii ratam habuit, et ritum ac formulam Benedictionis officinae librariae et machinae typographicae, prouti huic praeiaceat decreto, approbavit, ac Rituali Romano inseri iussit. Die 12, iisdem mense et anno.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Philippus Can. di Fava. *Substitutus.*

# S. CONGREGATIO CONCILII

I

BELLOVACEN

LEGATORUM PIORUM

De oneri certiorandi episcopum de legatis ad pias causas.

Die 7 Augusti 1909

Episcopus Bellovacensis litteris diei 21 Martii 1909, inter alia, sequens dubium proposuit huic S. Congregationi dirimentum: *utrum sacerdotes vel laici possint, inscio. Ordinario legata ad pia causas recipere eorumque administrationem gerere ac respectiva onera implere.*

Eni Patres S. Congregationis Concilii exquisito Consulitoris voto reque sedulo perpensa, in plenis comitiis diei 7 Augusti 1909, respondendum censuerunt: *Omnes, sive sacerdotes sive laicos, quorum fidei concredita sunt legata ad pias causas, teneri de hoc quamprimum certiorem reddere Episcopum, qui ius habet vigilandi super administrationem et consuendi securitati eorundem legatorum.*

Facta vero, die 9 Augusti insequenti, de his omnibus relatione SSño. Sanctitas Sua resolutionem Eñorum Patrum adprobare dignata est.

L X S.

Iulius Grazioli, Subsecretarius.

# ACTA PONTIFICII INSTITUTI BIBLICI (1).

## I

### NUNTIA GENERALIA.

1. *Sedes Institutis.*—Sedes Instituti provisoria constituta est in Pontificio Collegio Leoniano (*Via Pompeo Magno*, 21, prope Ecclesiam S. Ioachim), ubi auliae pro lectionibus et exertitationibus atque pro bibliotheca initio proximi mensis Novembris pairatae erunt.

2. *Conditiones admissionis.*—Qui studiis in Instituto incumbere desiderant, nomen suum in scriptis ad praesidem Instituti mittant. Indicent simul: 1.º Diocesim vel ordinem seu Congregationem religiosam, ad quas pertinent; 2.º locum originis et domicilii praesentis; 3.º ordinem sacrum, in quo constituti sunt, addito loco et die ordinationis; 4.º gradus academicos, si quos obtinuerint, addito loco ac die promotionis.

Porro ex legibus Instituto regendo praefixis in numerum alumnorum proprie dictorum admiti possunt, qui sint in Sacra Theologia doctores cursumque Philosophiae scholasticae integre absolverint; tamquam auditores inscribi poterunt, qui integrum Philosophiae ac Theologiae cursum absolverint; ceteris studiosis tamquam hospitibus liberis ad lectiones audiendas aditus patebit.

Quare singuli praesidi Instituti etiam aperiant, utrum in numerum alumnorum, an auditorum, an hospitum admiti cupiant. Romam vero venientes testimonia authentica de studiis philosophicis ac theologicis absolutis, et ubi locum habet, de laurea in Sacra Theologia obtenta praesidi proponant. Secum insuper afferant documenta authentica, ex quibus auctoritati ecclesiasticae de consensu Ordinarii vel Superiorum et de facultate sacrum faciendi ipsis concessis legitime costare possit.

(1) Del *Actae Apostolicae Sedis.*

Alumni qui ad examen prolytatus coram Pontificia Commissione Biblica subeundum se praeparant, ea lege admittuntur, ut lectiones atque exercitationes eas, quae huic praeparationi specialiter destinatae sunt quaeque in sequenti elenco asterisco notantur, frequentare debeant, nisi legitima dispensatione exempti fuerint. Ad exercitationes vero practicas, quae in elenco nota + signatae sunt, praeter alumnos non admittuntur nisi qui ipsi activam in exertitationibus cooperationem exhibere parati sint.

Premium pro inscriptione aut pro frequentandis scholis et bibliotheca Instituti nullum exigitur.

Singuli vero sive alumni, sive auditores et hospites ipsi suae habitationi in variis Collegiis ac domibus religiosis in Urbe consulant, cum huius rei cura ad Institutum non pertineat.

3. *Distributio studiorum.*—Conformiter ad Instituti leges studiorum in ipso peragendorum materia ea imprimis est quae ad academicos gradus a Pontificia Commissione Biblica conferendos requiritur. Cui accedet earum rerum tractatio quae ad profectum disciplinae biblicae universae pertinent.

Atque ea quidem quae ad gradum prolytatus in «ratione periclitandae doctrinae» a dicta Commissione constituta sunt, in cursum biennalem in Instituto ita distribuuntur, ut singulis annis dimidia fere totius materiae pars absolvatur. Pro præparatione vero ad lauream, quae studia ac labores magis individua'es a singulis privatim praestandos expostulat, omnes tum in ipso iam biennio, tum eo absoluto in tertio studiorum anno praecipue iuvari poterunt exercitationibus methodologicis ac bibliographicis aliisque quae speciatim pro laureandis proponuntur.

Alumni praeter lectiones et exercitationes obligatorias ex aliis eis elegere poterunt, quae ipsis, audito consilio praesidis utiliores videbuntur. Atque generantim non una eademque via omnibus convenit neque eadem omnibus lectiones aut exercitationes frequentandae sunt. Sed ne transversum agan-

tur ac tempus itinere avio inutiliter terant, superiorum consilium in ordinandis studiis suis omnes audiant.

4. *Initium lectionum.*—*Lectiones et exercitationes Instituti*, cum Deo bono, incipient die 5 proximi mensis Novembris.

Quae ad accuratiorem distributionem horarum et lectio-  
num pertinent, ea in hisce Actis Instituti suo tempore in-  
dicabuntur.

5. *Examina ad gradum Prolytatus in Sacra Scriptura  
coram Pontificia Commissione Biblica.*—*Examina ad gradum  
Prolytatus in Sacra Scriptura proximo anno scholastico co-  
ram Pontificia Commissione Biblica bis fieri poterunt. Prima  
sessio ex Decreto eiusdem Commissionis erit diebus 15, 16  
et 18 Novembris huius anni; altera versus finem mensis Iunii  
anni sequentis diebus ab eadem Commissione assignandis  
habebitur.*

6. *Inscriptiones epistolarum.*—*Epistolae aliaeque quae ad  
Institutum spectant mittantur ad praesidem Leopoldum Fonck,  
Via del Seminario, 120, Romam, (inde a die 15 Augusti h. a.).*

## II

### LECTIONES ET EXERCITATIONES PRACTICAE IN INSTITUTO BIBLICO TEMPORE BIENNALI HABENDAE

Signum \* denotat ea quae pro praeparatione ad examen  
Prolytatus obligatoria sunt; signum + exercitationes practi-  
cas indicat.

Argumenta modo generali tantum hic describuntur, ac-  
curatius postea addita distributione horarum determinanda.

Quae in columna sinistra notantur, ad primum annum  
spectant; quae in parte dextra, ad secundum; quae vero in  
media pagina habentur, tum ad primum, tum ad secundum  
annum pertinent.

*Anno primo:*

*Anno secundo:*

1.—**De methodo in studio Sacrae Scripturae  
servanda**

+ De methodo scientifica in genere, ac speciatim  
de methodo in studio Sacrae Scripturae servanda;

de variis partibus studii biblice; de disciplinis auxiliariis ad hoc studium pertinentibus; de subsidiis litterariis biblicis; de libris et commentationibus biblicis recentissimis.

+ De studio practico Sacrae Scripturae pro ministerio sacerdotali.

+ De difficultatibus in studio Sacrae Scripturae occurrentibus.

## 2.—Ex introductione generali in Sacram Scripturam.

\* De inspiratione et inerrantia Sacrae Scripturae; de legibus hermeneuticae biblicae; de sensu litterali et de sensu typico S. Scripturae.

De origine et auctoritate textus massorethici eiusque historia; de versionibus graecis et orientalibus S. Scripturae; de historia canonis Veteris Testamenti.

+ Principia criticae textus eorumque applicatio ad textum sacrum Veteris Testamenti.

De textu graeco Novi Testamenti eiusque historia; de historia et authenticitate Vulgatae; de aliis versionibus occidentalibus S. Scripturae; de historia canonis Novi Testamenti.

+ Exercitationes practicae de critica textus Novi Testamenti.

## 3.—Ex introductione speciali in singulos libros sacros.

\* Introductio specialis in libros historicos Veteris Testamenti.

*Anno primo:*

\* Introductio specialis in libros historicos Novi Testamenti atque in epistolas et Apocalypsim S. Iohannis.

\* Introductio specialis in libros didacticos et propheticos Veteris Testamenti.

*Anno secundo:*

\* Introductio specialis in epistolas Paulinas et in reliquias epistolas catholicas.

4.—**Ex interpretatione textus sacri.**

\*+ Exegesis textus hebraici librorum 1 et 2 Regum.

\*+ Exegesis textus graeci quattuor Evangeliorum usque ad passionem Cristi Domini.

Textus selecti ex libris historicis Veteris Testamenti.

Textus selecti ex Evangeliis et Actibus Apostolorum.

5.—**Ex theologia biblica.**

Quaestiones selectae ex theologia biblica Veteris et Novi Testamenti.

6.—**Ex historia biblica.**

\*+ Historia Hebraeorum a Samuele usque ad mortem Salomonis.

\*+ Historia evangelica.

Quaestiones selectae ex reliquis partibus historiae biblicae Veteris Testamenti; conspectus historia babylonicae et assyriacae.

\* De variis Iudaerorum sectis tempore Christi.

*Anno primo:*

7.—**Ex geographia biblica.**

\* De gentibus Palaestinam incolentibus.

\* Geographia Palaestinae temporibus regum.

\*+ Exegesis textus hebraici librorum 3 et 4 Regum.

\*+ Exegesis textus graeci reliquae partis Evangeliorum et libri Actuum Apostolorum.

Textus selecti ex libris didacticis et propheticis Veteris Testamenti.

Textus selecti ex epistolis et Apocalypsi.

5.—**Ex theologia biblica.**

\*+ Historia Hebraeorum a divisione regni usque ad captivitatem babyloniam.

\*+ Historia apostolica usque ad captivitatem primam S. Pauli romanam.

Quaestiones selectae ex reliquis partibus historiae biblicae N. T.; conspectus historiae aegyptiacae.

De historia Iudeorum ab a. 30-135 p. Chr.

*Anno secundo:*

7.—**Ex geographia biblica.**

\* Palaestiniae divisio et Hierusalem topographia tempore Cristi.

\* Itinera S. Pauli.

Geographia biblica Aegyp-

Geographia biblica Syriae, Mesopotamiae, Arabiae. ti, Asiae minoris, Graeciae Italiae.

8.—Ex archaeologia biblica.

\* De kalendario et praecipuis ritibus sacris Hebraeorum.

\* De antiquis Hebraeorum synagogis.

De tabernaculo foederis et de templo hierosolymitano.

+ Palaeographia graeca et latina; de papyris et ostracis graecis.

\* Inscriptiones palaestinenses antiquissimae.

\* De ponderibus, mensuris et nummis in S. Scriptura memoratis.

+ Palaeographia semitica; de papyris aramaicis.

9.—Ex philologia biblica.

Cursus superior linguae hebraicae.

Lingua graeca Novi Testamenti.

Ex aliis linguis orientalibus singulis annis cursus primus de una vel altera lingua inchoabitur, qui anno sequenti continuatur. Proximo hoc anno probabiliter cursus primus lingua rum syriacae, copticae, assyriacae instituetur.

10.—Ex historia exegeseos.

De exegesi iudaica; de exegesi Patrum graecorum et latinorum usque ad saeculum VIII.

Conspectus historiae exegeseos inde a saeculo VIII usque ad aetatem nostram.

III

CONFERENTIAE PUBLICAE

Ad finem ab Apostolica Sede Instituto praefixum attингendum praeter lectiones et exercitationes practicas etiam publicae de rebus biblicis conferentiae adiicientur, quibus communi multorum neccsstati atque utilitati prospiciatur.

Ac primo quidem anno tales conferentiae publicae habe-

buntu inter alia de argumentis sequentibus: de rebus palaestinensibus quae ad vitam Christi illustrandam iuvare possunt; de difficultatibus ex scientiis naturalibus contra inerrantiam Scripturae Sacrae desumptis; de irritis conatibus scientiae falsi nominis contra veritatem Evangeliorum, etc.

Ubi indoles argumenti permiserit, conferentiae projecti-  
nibus electricis illustrabuntur.

Accuratiora de arguento, tempore et loco postea in-  
dicabuntur.

#### IV

#### DE PUBLICATIONIBUS INSTITUTI

Publicationes Instituti, quibus conformiter ad litteras apostolicas *Vinea electa* tamquam tertio subsidio ad finem suum utetur, triplicis generis erunt:

1. Imprimis sub titulo *Acta Pontificii Instituti Biblici* prodibunt nuntia de rebus ad Institutum spectantibus, quoties necessarium vel opportunum videbitur.

2. Praeterea quamprimum licuerit accedent *Commentationes Pontificii Instituti Biblici* seu annales biblici quater in anno edendi, qui de universa re biblica ea quae alicius momenti fuerint, notabunt atque eruditis elucubrationibus doctrinam biblicam et studia omnia eidem adiuncta pro viribus promovere conabuntur.

3. Denique sub titulo *Scripta Pontificii Instituti Biblici* iuxta praecepta Constitutionis apostolicae *Vinea electa* edentur varia opera et opuscula, ex quibus series scientifico-theoretica eruditis investigationibus biblicis, series scientifico-practica exponendae ac defendendae circa Libros Sacros catholicae veritati, series scientifico-popularis spargendis ubique sanis de re biblica doctrinis proderunt.

Atque ex hisce publicationibus *Acta* quidem ea sola quae nomine Instituti annuntianda sunt, continebunt. Pro «*Commen-*  
*tationibus» vero et «*Scriptis» libentissime accesiones undique contributae admittenter, quae conditionibus ex natura rei necessariis satisfecerint. Immo, rogantur omnes quibus verus**

disciplinae biblicae profectus cordi est quique utilem ad hunc scopum operam praestare valeant, ut sive eruditis elucubrationibus, sive notis et relationibus ad res biblicas pertinentibus, sive libris et libellis in triplice serie *Scriptorum* edendis magnum Instituti opus iuvare velint. Pro talibus autem dissertationibus et scriptis praeter linguas latinam et italicam etiam admittentur linguae anglica, gallica, germanica, hispanica.

Rogantur etiam auctores et editores librorum ac scriptorum ad studia biblica quocumque modo spectantium, ut opera et opuscula sua ad Institutum mittere velint, idque ad duplum praesertim finem: scilicet ut de omnibus scriptis in *Commentationibus* Instituti ratio reddi possit, atque ut pro studiosis in bibliotheca Instituti copia subsidiorum litterariorum habeatur.

Ad eumdem dup'icem finem quam maxime opportunum erit, si Academiae, Instituta, Societas vel editores atque directores ephemeridum scripta atque publicationes suas, quae aliquam ad res biblicas relationem habeant, publicationibus Instituti Biblici commutare voluerint.

Quae ad conditiones subscriptionis aliaque scitu utilia de publicationibus Instituti spectant, in hisce *Actis* postea indicabuntur.

\* \* \*

Pro commercio publico *Acta Pontificii Instituti Biblici* prostant penes editorem *M. Bretschneider, Via del Tritone, 60, Romae*, pretio 20 cent. pro folio 16 paginarum sive completo sive inchoato.

---

## DOCUMENTOS CIVILES MINISTERIO DE LA GOBERNACIÓN

REAL ORDEN RESOLUTORIA

(Continuación)

La Sección y Dirección General de Administración opina que los Ayuntamientos son corporaciones económico administrativas á las que compete exclusivamente el gobierno y dirección de los intereses peculiares de los

respectivos Municipios, pero que en estas cuestiones santiarias les toca sólo aplicar á la localidad las disposiciones generales y esto con mayor motivo cuando entrañan íntimas conexiones con la potestad eclesiástica, y de producirse faltas de armonía, la autoridad que se sienta lastimada debe acudir á su superior respectivo, para que el poder ejecutivo resuelva como único competente en las contiendas entre jurisdicciones distintas.

Añaden que por eso el poder ejecutivo resolvió acerca de las exequias de cuerpo presente y dictó las Reales órdenes que cita la Inspección y que constituyen la legislación aplicable infringida por el artículo 257 de las ordenanzas de Huelva y los bandos de la Alcaldía que no pueden prevalecer.

En conclusión propone:

1.º Que procede declarar que las cuestiones de higiene y salubridad que se relacionan con la Iglesia son de la competencia del Gobierno.

2.º Que el derecho vigente en la actualidad está constituido por la Real orden de 5 de Abril de 1905, la cual solo exige el trayecto más corto, cuando se ha verificado autopsia del cadáver, ó en circunstancias especiales que no concurren en el presente caso.

3.º Que oponiéndose á este precepto el artículo 257 de las Ordenanzas de Huelva y los bandos dictados por la Alcaldía en 29 de Junio de 1904 y 10 de Octubre de 1908, en la parte que afectan á cuestión que se ventila, deben los mismos ser declarados nulos y ponerles en consonancia con la Real orden de 5 de Abril de 1905, siguiéndose para modificación del artículo 257 de las ordenanzas, el procedimiento que establece el artículo 76 de la ley municipal.

4.º Que procede declarar que, suscitado un conflicto de esta naturaleza entre el Alcalde y el Párroco, en el que ambas autoridades procuran sostener su competencia, debe el mismo ser resuelto por la superioridad.

5.º Que así como procede declarar nulos el artículo 257

citado y los bandos de la Alcaldía, procede también declarar nulas todas las providencias de aquella, imponiendo multas á los Párrocos y demás autoridades eclesiásticas que hayan asistido á los entierros; y

6.<sup>º</sup> Que tratándose en realidad de un conflicto de jurisdicción, debe oirse á la Comisión permanente del Consejo de Estado conforme al párrafo 4.<sup>º</sup> del artículo 27 de la ley de 5 de Abril de 1904.

Tales son los términos de la contienda sometida á este Cuerpo consultivo, análogos á los de otras muchas, porque se producen con demasiada facilidad los conflictos, cuando en un mismo acto intervienen dos entidades distintas, como ya hizo observar el Consejo en la consulta acerca del cementerio de Lérida que sirvió de base á la Real orden de 1.<sup>º</sup> de Marzo de 1907, y sobre todo, cuando lamentablemente olvidan la buena armonía que entre ellas debiera reinar, según se recordaba entre otras, en la Real orden de dos de Julio de 1867, dictada para solucionar un conflicto entre el Obispo de Santander y el Ayuntamiento de aquella capital, sobre la conducción de cadáveres en carros fúnebres, á la que se oponía el Prelado.

Tan frecuentes han sido estas cuestiones, que en los acuerdos ministeriales que las decidieron, hay sobrada materia hasta para la controversia, aun en aquellas que como las suscitadas respecto á los funerales de cuerpo presente en la parroquia, parece que nada queda por decir, y esto supone que aparte de las dificultades apuntadas no se ha atacado el mal en su verdadero origen, tal vez por razones de delicadeza y prudencia que no es el caso de apreciar ahora.

No son sin embargo, razonamientos los que faltaban en aquellas decisiones. Así insertaba este Consejo en el dictamen aceptado por la Real orden de 8 Noviembre de 1890, los artículos 3.<sup>º</sup> y 4.<sup>º</sup> del Concordato de 1851 que es ley del Reino y que dispone «no se pondrá impedimento alguno á los prelados y demás sagrados minis-

tros en el ejercicio de sus funciones, ni les molestará nadie bajo ningún pretexto en cuanto se refiera al cumplimiento de los deberes de su cargo, antes bien, cuidarán todas las autoridades del Reino de guardarlos y de que les guarden el respeto y consideración debidos y de que no se haga cosa alguna que pueda causarles desdoro ó menosprecio», y que, «en las cosas que pertenecen al derecho y ejercicio de la autoridad eclesiástica, los obispos gozarán de la plena libertad que establecen los cánones.»

(Se continuará)

---

## Necrología

---

El día 25 del actual falleció D. Sebastián Llorente Salazar, Párroco de San Martín Obispo y Arcipreste del partido de Vega de Saldaña.

R. I. P.

---

### Asociación de Sufragios Mútuos del Clero de la Diócesis.

---

Han manifestado que desean pertenecer á la Asociación e ingresan en ella:

Núm. 1434=García Rivera D. Celestino, con obligación de aplicar *cinco misas*.

Núm. 1435=Fernández Delgado D. Olegario, dentro del primer año de su ordenación.

León 29 de Noviembre de 1909.—Dr. Manuel González Macías, Magistral Secretario.